

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Deus t  
cum uariis

Quid est Deus? Longitudo, latitudo, sublimitas, profundum. Longitudo propter eternitatem, latitudo propter caritatem, sublimitas propter maiestatem, profundum propter sapienciam. Deus amat ut caritas, nouit ut ueritas, sedet ut equitas, dominatur ut maiestas, regit ut principium, tuetur ut salus, operatur ut uirtus, reuelatur ut lux, assistit ut pietas. Que omnia faciunt et angeli, facimus et nos, sed longe inferiori modo, non utique bono quod sumus sed quod participamus.

Bernardus de consideratione.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

(nulla)